et primum propter deum. Iterum secundo dicuntur theologiales propter causam. Nam alias virtutes potest homo acquirere per se viuendo moraliter. Sed he tres non possunt haberi nisi a deo specialiter infundantur. Ideo solum per istis orat ecclesia dei. Omnis sempiternus deus. da nobis fidei spei et charitatis augmentum etc. Nota oportet aliquas virtutes esse theologiales ad acquirendum beatitudinem supernaturalem. ut dicit sanctus Thomas. *Tho. i. q. lxxij. ar. i. et ii. scilicet. di. xxiiij. q. i. arti. iij. q. iij. q. iij. q. iij.* et idem dicit in questionibus disputatis de virtutibus. *q. i. c. xij.* Et ut dicit sanctus Thomas. virtutes theologiales dicuntur quia habent deum pro obiecto. et quia a deo infunduntur et tamen per reuelationem dei in sacra scriptura traduntur. ut dicit sanctus Thomas. *Tho. ibi. s. i. q. lxxij. arti. i. et ii. di. xxiiij. q. i. arti. iij. q. iij.* he enim virtutes habent idem pro obiecto et finem. scilicet deum. ut dicit sanctus Thomas. *Tho. iij. scripto. di. xiiij. q. i. arti. i. q. iij. scilicet. di. ix.* Et sunt tamen tres. scilicet fides. spes charitas. *i. q. lxxij. arti. iij.* **S**ecundo declarandum est verbum thematis iuxta intellectum appropriatum seu spirituale. Pro quo sciendum quod in alio mundo secreta loca seu receptacula animarum ex hac vita decedentium sunt tria. scilicet primum infernus damnatorum qui est locus inferior ubi est fides solus sine charitate. Quomodo est fides in demoniis et quomodo non ostendit sanctus Thomas. *Tho. ii. q. v. ar. iij. et q. xvij. ar. iij. ad secundum. et in. iij. scripto. di. xxiiij. q. iij. ar. iij. q. i. di. xxvij.* **S**ecundus locus est purgandorum. ubi est spes singulariter. Tertius locus est beatorum. ubi est charitas excellenter. Dico primo etc. quod in inferno non est spes autoritas. Mortuo homine impio nulla erit ultra spes. Prover. i. Impenitens dicitur impius et crudelis. quia noluit liberare filiam regis. scilicet animam propriam ab incendio cum posset etc. In mortuo nulla erit spes ultra. scilicet nec redemptionis nec liberationis nec etiam reuelationis. sed extirpatur error aliquorum theologorum antiquorum et glossarum aliquarum iuristarum dicentium quod licet in inferno nulla sit redemptio. tamen est ibi penarum alleviatio. **E**st exemplum de illo qui portat siue gerit aliquod onus graue. qui licet non possit onus dimittere tamen iuuat et releuat dando sibi ad comedendum vel bibendum. Ita ut dicunt illi est de onere anime damnate. que licet non possit deponere onus penarum. potest tamen habere releuationem ex bonis que fiunt hic a parentibus etc. Hoc est falsum et erroneum et per ecclesiam reprobatum. quia mortuo homine impio etc. imo dico vobis fortius quod quanto plura fiunt aliqua anima damnata. tantomagis pena augmentatur. Declaretur hoc per similitudinem de captiuo. qui portat onus durum captiuitatis et parentes mittunt sibi precium redemptionis. sed perditur in mari vel alio. Et quando captiuus scit ille non solum non releuat. imo magis dolo: est sibi et tristitia augmentatur. quia sibi

non profuit illud precium. Idem est de damnatis. Item in inferno non est nisi contrarietas et malignitas. quia pater odit filium pro quo fuit damnatus et conuerso. vir contra uxorem et conuerso. et quanto hic fuerunt amores maiores. tanto magis est odium inter eos dicendo. In malignitate nostra consumpti sumus etc. Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt. quonia spes impii tanquam lanugo est que a vento tollitur et tanquam spuma gratie que a vento diffusa est. et tanquam mœnia hospitium vnius diei pretereuntis. Sapient. vii. Nota hic argumentum in oppositum. Nam diceret aliquis. videtur quod in inferno sit charitas. nam dicit textus *Lu. xvj. de illo diuite qui licet nullam haberet spem liberationis nec releuationis. quia nec guttam aque potuit obtinere. tamen orauit dei. Rogo te pater ut mittas lazarus in domum patris mei. habeo enim quoniam fratres ut testetur illis. ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* *Lu. xvj. videtur ergo quod illa petitio sit caritatis.* **R**esponso quod in inferno non est charitas. sed tota malignitas. Ad autoritatem dico quod sicut in hoc mundo sunt socii in peccatis. sic in alio modo erunt socii in penis. et sicut peccando vnus animatur ab alio. quia multi cum minori timore peccant quam solus vnus. sic pena maior est quando sunt plures et quanto magis crescit numerus sociorum tanto magis augmentatur pena. quia vnus cruciat alium. Sic de igne in quo quanto magis ponitur de lignis. tanto magis augmentatur flamma. et vnum lignum incendit aliud. Ideo diues ille orauit non ex charitate sed timore. ne sibi pena augmentaretur in aduentu fratrum qui fuerunt socii sui in peccatis. Non ergo habent spem nec charitatem damnati. sed habent fidem. Est enim fides in demonibus coacta. non laudabilis nec est donum gratie. Dicit enim sanctus Thomas. *Tho. ii. q. v. ar. iij. in solutioe ad tertium.* Hoc ipsum demonibus displicet quod signa fidei sunt tamen euidentia ut per ea credere compellantur. Et id in nullo minuit eorum malicia per hoc quod credunt. Item dicit sanctus Thomas. *Tho. ii. q. xvij. arti. iij. in solutioe ad secundum. quod magis potest esse informis fides in damnatis quam spes. quia aug. dicit in enchiridion. Fides est malarum rerum et bonarum et preteritarum et presentium et futurarum et suarum et alienarum. Sed spes non est nisi rerum bonarum futurarum ad se pertinentium. Et ideo magis potest esse fides informis in damnatis quam spes. quia bona diuina non sunt eis futura possibilis. sed sunt eis absentia. Non est ergo spes in damnatis sed suo modo vel aliquo modo ut patuit fides informis. quia ut dicit sanctus Thomas magis quod veliat aut nolint habent credere ex euidentia facti quando sentiunt penas et tormenta. et vident gloriam beatorum. tunc credunt fidem christianam esse veram. Et quod habent fidem autoris. Tu credis quoniam vnus est deus. et bene facis. et demones credunt et tremiscunt. *Jaco. ij.* **N**ota*

Domínica in Quinquagesima

cum dicif et contremiscunt. qm demones et anime damnate timent diem iudicij. Ratio. naz sicut miles captus in lata captone si sciret tali die se inclusurum in angusta captone multum timeret illud diem. Sic em demones faciunt et anime damnate. qz mo habent latam captoz. sed in die iudicij recludent in corpibus ignitis et fetidis. Ido ista ratio contremiscunt. et tu luxuriose. superbe. et auare q habes fidem et non tremiscis de iudicio. Et ideo de inferno pot dici. Nunc manet fides sola. **S**ecundus est locus purgandoz vbi hnt spem singularit. qz licet habebant fide et caritatem. tn singulariter hnt spem. s. felicitat certissimam. habent em spem impmutabile sciens q anima non pot peccare. qz anima sepata a corpore se firmat in gratia vl culpa iuxta statum in q egredif a corpore. Si in culpa egredif tuc est impmutabil. ideo sp durat pena. **D**eclarat p similitudinem de malo filio qui qn vberat murmurat erigendo se. Sic et damnati qn sentiunt flagella statim se erigunt ad deum. Sed illi de purgatorio decesserunt in gratia. id non possunt illaz amittere. eo qz non possunt peccare. Et licet flagellantur vt boni filij suscipiunt patient. ita q non possunt pdere gratiam. **A**utoritas. Si ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem in quocunq loco ceciderit ibi erit. **E**ccl. xj. Et in persona cuiuslibet illoruz de purgatorio dicit dauid. In pace in idipm dormiam. s. p mortem. et resuscitaz scz corpus in sepulchro. **Q**uoniam tu dne singularit i spe constituisti me. ps. iij. Anima em existens in purgatorio constituta est in spe triplici rone. s. habendi glam paradisi. exiendi de purgatorio. et de adiutorio amicoruz. q sibi pderunt suffragia. de purgatorio g potest dici thema sic. **N**uc. s. i purgatorio. qz post diem iudicij non erit purgatoriu manet singulariter hec. s. spes. **T**ertius locus est beatoruz. s. paradisi. vbi non est fides. vt dicit sanctus **T**ho. s. ij. q. lxvij. ar. iij. et. v. et. ij. q. xvij. ar. ij. similit nec in beatis est spes. vt dicit eo. arti. sed pfecta charitas solum et excellenter **F**ides autez hz defectuz essentialit sibi annexum in qntum est de non visis. sed in celo vident omnia clare. Sicut nuc videmus p speculum in enigmate. tunc aut facie ad faciem. s. ad **C**hor. xij. **N**ota videmus nuc. ecce fides. tunc autez facie ad faciem. **S**pes etiam hz defectum essentialit annexum. in qntum est de non habitis In celo autem oia desiderata habent. **N**u dicit dauid **S**atiabor cum apparuerit gla tua. ps. xvj. **I**deo in paradiso fidei succedit scia et clara visio. spei aute possessio sive comprehensio. charitas aut nullum habet defectum essentialit annexum. **I**deo em in patria non euacuabit. vt dicit sanctus **T**ho. s. ij. q. lxvij. ar. vij. et. iij. di. xxxj. q. ij. ar. ij. vnde dicif. s. ad **C**hor. xij. **C**haritas nunq excidet. et p mortem bonoruz. sed pficiet iuxta illud qd

possunt dicere electi siue beati. deus in nob manet et charitas eius in nob pfecta est. j. **J**oh. iij. **N**ota cum dicif deus in nobis manet. s. p clara visionem et possessionem. **I**deo possum? sic intelligere thema. **N**unc manet fides in inferno solu spes in purgatorio singulariter. charitas in paradiso pfecte.

Sermo tertius.

Ecce ascendimus hierosolyma. **L**u. xvij. **N**oster s. mo erit de ascensu ad paradisu. **M**ateria erit utilis et bona. sed ante omnia salutem xpo maria. **C**ogitanti mihi tempus anni s. m. q viuit p sone mundane magnam inuenio d. rami inter tempus carnale quod finit hodie et qdragesime qd incipit cras. qz differunt sicut ascensus et descensus volandi in altum et cadendi deozum. **T**pe em carnali plures p malam vitam descendunt. et non puertunt de peccatis nec pntent nec humiliantur. sed faciunt supbias. vanitates. et non curant de opibus misericordie. sed de auaricia. usura et de furtis. non curant de castitate. sed bn de luxuria. nec curant de abstinentia. sed comedunt et bibunt gulose. **I**do est tempus descendendi de peccato in peccatu. et p psequens ad infernu. **I**do d. Tenent tympanu et cythara et gaudet ad sonitum organi. ducunt in bonis dies suos. et in puncto ad inferna descendunt. **J**oh. xxj. **N**ota cum dicif. Tenent. s. in tempe carnali tympanu et cythara. **E**t ponit quatuor peccata in qbus includuntur omnia peccata. **T**impanu s. g. peccatu carnalitatit et luxurie. **N**am pmo tympanum est figure rotunde. non em est longu. talis est conditio psonae luxuriose. rotunda est qz semp vadit circutu qrendo psonam quam diligit. **I**do dauid in ps. xj. In circutu impij ambulat. **I**tez tympanu est depictum. sic etiam est psona luxuriosa tota est ornata ad lasciuia. **I**tez tympanum habet quasdam paruas nolas. que faciunt sonum. sic est de psona luxuriosa. nam facit sonum loquendo blande. **I**tem tympanu quando tangit in pelle tangit. sic etiam psonae luxuriose se mutuo tangere nitunt. et in damnationez animarum suaruz. **E**cce pimum peccatu quod tangitur in auctoritate. **S**ecundo dicif q tenet cytharam. hic tangit peccatu auaricie. **N**ota hic conditiones cythare. **N**am pmo ipa est deligno sicco. **E**cce conditio auaricie. quia nullam dulcedinem vel succu habet miscdie ad paupes. **S**ecunda conditio. quia est vacua. et sic est auarus. **N**am vacuus est meritis et virtutibus. licz sit plenus diuitijs. **A**poca. iij. **D**icis qz diues sum. et nescis quia miser es. **T**ertio quia cythara hz quatuor paria cordaruz qbus sonum facit. sic sunt quatuor paria specieruz peccati auaricie. **P**rimum par est rapina dominoruz et symonia clericoruz

que simul faciunt sonum acutum. quia iam audiuntur per totum mundum. Secundum par est usura mercatorum et calumnia aduocatorum. Jam mercatores nihil sciunt facere sine usura. Primo emendo minus propter solutionis preuentum. Secundo uide do plus propter solutionis dilatum. Item mutuum: do cetum florenos recipiendo pro illo mutuo quibus vel decem florenos est usura. De quo sanctus Thome pulcherrime determinat scilicet scilicet in materia de usura. Tertium par est fraus vel fictum fuitium opariorum. Quartum est furtum occultum latronum et detentio laborantium que sibi retinent decimas etc. Item legata testamentorum. Multi tangunt istam cordam. Ecce secundum peccatum. Tertio dicitur quod gaudent ad sonitum organi. Ecce hic peccatum superbie. Organum enim duabus follibus sonatur. Sic etiam superbus duabus follibus inflat. vna de excellentia temporalis propter potentiam vel scientiam. genus vel diuitias scilicet est de excellentia spirituali. et ista est deuotio humilitas etc. Et in puncto ad inferna descendunt et hoc pondere peccatorum. Ecce quomodo tempus carnale est tempus descendendi. Sed hoc tempus que dragelime est tempus ascendendi. quia in hoc tempore bonus christianus dimittit vanitates. humiliatur. restituet. confitetur. facit penitentiam. ieiunat etc. Et incipit hoc tempus cras. Ideo de isto sancto tempore proposui thema. Ecce ascendimus hierosolimam. id est vitam eternam. Iste ascensus est tam mirabilis et utis quod deus non declarauit ipsum similitudinem sed paulatim fuit manifestatus hominibus etc. Et primo in lege nature fuit figurate designatus. Secundo in lege scripture fuit generaliter numeratus. Tertio in lege gratie et uitaliter nominatus. Dico primo quod in lege nature fuit figurate designatus. et hoc usque ad moysen. in qua gentes non habebant libros nec doctores seu magistros. sed solo intellectu naturali gubernabant se. et in tempore illo iste ascensus et uirtutum singulariter fuit presignatus. ut patet Genesim xxviii. ubi legitur quod Jacob post solis occubitum uidit diuinam reuelationem. tandem uidit unam magnam scalam tenentem caput unum in terra aliud in celo. et uidit angelos ascendentes et descendentes. et uidit dominum tenentem caput scale. Et dicit textus. Uidit iacob scalam stantem super terram. et cacumen eius tangens celum. angelos quoque dei ascendentes et descendentes per eam. et dominum innixum scale. Genesim xxviii De ista uisione sunt quatuor puncta declaranda. Primum est que est ista scala. Secundum quod stat super terram. Tertium quod sunt angeli ascendentes et descendentes. Quartum de domino innixum scale. De primo. ista scala est bona uita. scilicet cauere a peccatis et facere opera meritoria. Quilibet enim tenens bonam uitam stat in scala uirtutum. et eadem die que incipit bonam uitam incipit ascendere. Per hanc enim scalam oportet nos ascendere ad celum. et nul-

lus credat se ascendere ex genere. scilicet diuitiis et potestate vel dignitate. sed solum ex bona uita. **U**n dauid quasi uisit a suis doctoribus. Et quis ascendet in monte domini. in psal. xlii. Et nullus doctor sciuit respondere. sed spiritus sanctus respondit ei diuine Innocens manibus et mundo corde quoniam non accepit in uano animam suam nec iurauit in dolo proximo suo. hic accipiet benedictionem a domino etc. Totum hoc est de bona uita. nec alia scala est ascendendi in celum. Secundo dicitur quod tenebat pedem in terra. et cacumen eius tangebatur celum. Scala bone uite habet duas bonas dispositiones. Una autem aduentum christi. tunc tenebat pedem in inferno. et cacumen eius tenebat in terra. quia tunc omnes quantumcumque fuissent sancti et bone uite omnes descendebant in infernum. capiendo nomen inferni non stricte sed generaliter. **A**uozitas. Quis est homo qui uiuet et non uidebit mortem eruet animam suam de manu inferi. quod dicitur nullus. ps. lxxviii. Sed uenit christus et passus est pro saluatione credentium et obediendum et resurgens et in celum ascendens. erexit scalam tenens pedem in terra. et cacumen tangit celum. pro ut de beato Dominico legitur quod in hora mortis sue uidebatur in celum ascendere per scalam. pro plenius in eius legenda habetur. **I**dem modo est hora ascendendi si uultis in celum ascendere. id est cum maiori leticia et seruire deberemus modo uiuere deo quam antiquitus patriarche et prophete. quia non oportet nos descendere in infernum. sed ascendere in celum. **I**deo christus Qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnum celorum. **M**atth. vii. **V**oluntas dei est tenere bonam uitam. **T**ertio dicitur quod angeli ascendebant et descendebant per eam. **H**oc figurabat quod per istam scalam bone uite ascendunt feruentes. et descendunt tepescetes qui modo dimittunt unum aliud cras. et de paulatim perdunt deuotionem. **I**deo semper debemus ascendere et bonam uitam augmentare. **H**oc non debet intelligi per operum multiplicationem. sed per augmentum feruoris et peruenationem. et isto modo ascendit. **V**erbi gratia. Qui uult bonam uitam tenere secundum suam qualitatem et complexionem debet incipere certas orationes et ieiunia. et ista continuare cum seruire spiritus. **C**ogitate si homo sit hodie magis deuotus quam heri vel ante heri. quia si sic si nunc est quod ascendit. si non. signum est quod descendit. **D**e isto ascensu et descensu ecce propheta dauid. **A**scendunt usque ad celos et descendunt usque ad abyssos anima eorum in malis tabescebat. in ps. cvj. **Q**uerit hic sanctus Bern. di. **J**acob uidit angelos ascendentes et descendentes. et non uidit angelos stantes. quia in bona uita nullus potest in eodem loco stare. nam oportet ascendere uel descendere. et nullus potest dicere. ego fui ui deo. l. anis. id est sufficit. deus dabit mihi paradysum. tales statim descendunt. **I**deo Bern. respondendo ad questionem dicit. **I**n uia dei non progredi. retrogredi est.

¶ Dominica in Quinquagesima

Quarto dicit q̄ vidit dominū innoxium in capi-
te scale. nam ascendentes cum magnis laborib⁹
ascendunt doloris tempestatū temptatiōnū rē.
ne ḡ deficiant in via stat dñs in capite scale vo-
cans ⁊ suscipiens nos suos fideles dicēdo. **Ve-**
nite ad me omēs q̄ laboratis ⁊ onerati estis ⁊ ego
reficiā vos. **Mat. ix.** Ecce quō iste ascēsus fuit
in lege nature figuratī designatus. **Dico sc̄do**
q̄ iste ascēsus fuit in lege scripture generaliter
numeratus. ⁊ lex scripture d̄r. eo q̄ deus dedit
legem in libro scriptam. q̄ intellectus naturalis
non sufficiebat. **Ideo deus dedit legem in scriptis**
mille ⁊ quingentis annis. s. a moysē vsq̄ ad xpm.
tunc em̄ iste ascēsus fuit gradualit̄ numeratus.
Licet em̄ Jacob p̄videret ascēsum bone vite i
celum p̄ figuram scale. tñ nihil dicit̄ de gradib⁹
huius scale. sed scriptura in lege scripture Da-
uid p̄ sp̄m̄ dei p̄vidit numerū graduum. s. xv.
Unde legif. i. Paral. xvij. q̄ revelavit sibi de⁹
q̄ non ip̄e sed filius suus salomō edificaret sibi
domum siue templum. ⁊ revelavit sibi totaz dis-
positiōnem templi. p̄pter quod David vocavit
tunc filium suum salomonem q̄ erat novē vt̄ de-
cem annozū dicendo sibi. Ecce fili mi ego p̄po-
sueram edificare templum dei. sed deus noluit.
q̄ effudi sanguinem. sed dixit mihi q̄ tu edifica-
bis sibi domū. Ideo edificabis eam in tali loco
sc̄z in monte syon tali modo. ⁊ facies. xv. ḡdus.
Nam templum figurabat gl̄am paradisi. iuxta il-
lud. In templo eius omnes dicēt gl̄am. Quide-
cim xv gradus figurabāt. xv. gradus scale bo-
ne vite q̄bus in celum ascendimus. p̄pter quod
David composuit. xv. psal. qui dicunt̄ canticuz
qundecim graduum. q̄ in quolibet gradu canta-
batur vnus psalmus a leuitis ascendendo i ma-
gnis festis ⁊ solennitatibus dum portaretur ho-
stia in templo. In p̄mo gradu cantabāt psalmū
Ad dominū cū tribularer. ⁊ etiā a leuitis incho-
antibus. ⁊ sic de alijs. Nam figura fuit scale bo-
ne vite in qua sunt qundecim gradus. ⁊ in quoli-
bet angeli laudant deum. Ideo Esa. Venite af-
cendamus ad montem domi. ⁊ ad montē dei ia-
cob. ⁊ docebit nos vias suas. Esa. ij. Dico ter-
cio q̄ in lege gratie hic ascēsus fuit virtualiter
nominatus Tempus legis gratie est tempus p̄-
sens. in quo deus sua gratia voluit descendere
vt̄ nos ascendamus. Quis em̄ David in lege scri-
pture p̄videret numerū graduum in ascēsu per
bonam vitam ad celum. tamē nō exp̄sse eos no-
minavit. Sed ecce apostolus Paulus q̄ celum
ascenderat eos exp̄sse nominavit p̄ vt̄utes cha-
ritati annexas dicens in epla domice currentis
Charitas patiens est benigna est rē. Scala est
charitas que idem est q̄ bona vita. ⁊ enumerat
qundecim vt̄utes charitati annexas. tanq̄ quin-
decim gradus bone vite. Et primo dicit. Chari-
tas patiens est. Ecce q̄ patientia est. p̄mus gra-

duis scale charitatis seu bone vite. **Rō q̄ statiz**
mundus bellat contra illum q̄ incipit bonam vi-
tam. sic cū deberet cōmendari ⁊ laudari deride-
tur dicendo. **Singularis est ipocrita rē. ad pla-**
ctum. Nota hic de quolibet statu fm̄ q̄ expe-
diet. Ideo necessaria est patientia exemplo xpi
cui a malis dicebāt. **samaritanus es ⁊ demoniū**
habes. ⁊ patiens sustinuit. Benedictus est qui
hanc vt̄utem habet. ⁊ non turbat̄ de similibus
vt̄bis. Et talis potest tunc cantare p̄mū psalmū
dicendo. Ad dominū cum tribularer clamaui.
⁊ exaudiuit me. Dñe libera animam meam a la-
bis iniquis. ⁊ a lingua dolosa rē. Secūdo cha-
ritas benigna est. ⁊ nota hic differentiaz in̄ pa-
tientiam ⁊ benignitatem. ⁊ multi sunt patietes
qui non sunt benigni. verbi gratia. Qui nō vult
vindictam de inimicis rē. patiens est. s̄ nisi faci-
at bonum inimicis orando p̄ eis nō est benign⁹
Multi remittunt iniurias dicēdo. non nocerez
inimico meo. Nōdo habetis patientiā. S̄ ni-
si loquamini cum eo salutando ip̄m. loquendo
cum eo. non estis benignus. Ideo oportet ascē-
dere secūdu gradum. Et ita faciebant sancti q̄
non solum erant patientes. sed ⁊ benigni. Ideo
quibet eis similis potest dicere secūdu psalmū.
⁊ cantare dicendo. Leuavi oculos meos in mō-
tes. id est in sanctos. vnde veniet auxiliū michi
Tertio charitas non emulat. id est non est inui-
diosa. hoc est maius. Multi sunt patientes et
benigni. sed quando audiūt alium laudari inui-
dent ⁊ tristantur. ⁊ p̄pter hoc dicit. Caritas nō
emulatur. Est aliquis inuidens. quia nō est iu-
ratus balius seu vicarius vt̄ talis rē. Caute
als cadetis de scala charitatis ⁊ bone vite. Itē
inuidus aliquis quādo est de bonis sp̄ualibus
h̄ est maior inuidia. vt̄ quia alter est sapientior
doctior. deuotior. sanctior. de quo non est inui-
dendum. Et tunc in isto casu poterit cātare t̄tū
psalmū. s. Letar⁹ sum in his que dicta sunt mihi
rē. Quarto charitas non agit perperam. i. per-
uerse. aduerbiū perpera. vult dicere q̄ in omni
bus dictis ⁊ factis homo habeat intentiōez ad
deum. non ad laudes familiaritates vel ad bo-
na temporalia. Et talis poterit cantare quartū
psalmum dicendo. Ad te leuavi oculos meos.
id est intentiones rectas. qui habitas in celis.
Quinto charitas non inflat. s. p̄ p̄sumptōz vel
supbiam vel iactantiam. ⁊ licet faciāt multa bo-
na ex hoc non inflant supbia. sed dicūt. plura fe-
cit deus p̄ me. q̄ habere supbiam ⁊ p̄sumptōz
dē bonis operibus stulticia est. ac si asin⁹ one-
rat⁹ de auro supbiret. cuz tñ sit magis timēduz
⁊ suspirandum. Nam sicut asinus oneratus au-
ro magis suspirat q̄ ille q̄ est oneratus stercore
Ita de illi qui portant onus p̄ciosozū operū bo-
nozū. nō p̄sumere sed timere debent ⁊ sup̄are
quia nisi deus iuaret non possētis poctare Et

tales pnt cātare qntū p̄. Nisi qz dñs erat i nob̄ dicat nunc isrl nisi qz dñs erat in nob̄ rē. Sexto charitas non est ambitiosa. s. temporalū honorum. dignitatum. plationum rē. Sunt multi q̄ faciunt multa bona opa cogitando. hoc scietur a rege. p̄pterea ero p̄motus rē. p̄pter hoc dicit Charitas non est ambitiosa. Nullus debet sibi p̄curare officium regimen plationem v̄ curā aī marum. imo deberet appellare dicendo. Omis nescio quem compotum dem de domo mea rē. Nam omnes dignitates huius mūdi sunt nisi ventus. Ideo nou debetis cōfidere in dignitatibus sed solum in deo. Et tunc poteritis cantare sextum psalmum. Qui confidunt iu domino sicut mons syon rē. Septimo charitas nō querit que sua sunt. Glo. sed cōmunia fm glo. beati Augustini di. Charitas de qua scriptuz est q̄ sic intelligit nō querit que sua sunt. qz nō ppria cōmunibus. sed communia pprijs aīponit. verbi gratia. sicut in naui vbi sunt camere de quibus est magis curandum de cameris v̄ de nauī: claruz est q̄ de nauī de qua si amoueret vna tabula omnes sunt submersi. z non si amoueret tres vel quatuor camere. Sic est. nam villa vel ciuitas est sicut vna nauis trium p̄ditionuz hoim. s. religiosozū. clericozū vbi sūt merces z laicoz. Itēz domus tua vel illi⁹ sunt vt camere. Ideo magis curandum est de cōmunitate. scilicet corrigendo peccata notoria. que destruuunt cōmunitatem. Secus de secretis que solum destruuunt cameras. id est domum in q̄ sunt. Sed peccata notoria. vt diuinorū. blasphematorum z iuratorū luforum. meretricum secretarum destruuunt nauim charitatis. Ideo Aug⁹. Quanto amplius rem cōmunem q̄ ppriam curaueritis. tanto amplius pficere noueritis. vt paruit de nauī. z tunc poteritis cantare septimū psalmum. In conuertendo dominus captiuitatē syon rē. Octauo charitas non irritat. Sunt aliq̄ qui statim indignantur z ad iram puocantur. non est ibi caritas. sed illi qui dulciter recipiūt. dicendo. deus parcat vobis. intantuz q̄ ex illa dulcedine aliq̄ corrigunt. z illam correctōz non sibi sed deo attribuūt. z tunc talis potest cantare octauū psalmum qui incipit. Nisi domi⁹ edificauerit domum. Nono charitas non cogitat malum. Multi sunt qui timore diffamatōis seu verecundie non faciūt malum. sed in corde hnt multas malas cogitationes. sed timore domini expelli debent. z si hoc faciūt possunt tunc cātare nonum psalmum. Beati omnes qui timēt dominum rē. Decimo charitas non gaudet super iniquitate. Nam multi sunt qui non facerēt malum nec peccatum. sed quādo audiūt malum v̄ peccatum de aliquo gaudent z rident. Nbi grā Persona deuota nō vellet ebriari. sed qñ videt bñū ridet. p̄pter h̄ dicit. Charitas nō gaudet

sup iniquitate sed compatif. qz perdidit illd qd̄ melius est. s. intellectum. Itēz de alijs irrisionibus. Item sunt multi qui nolunt iurare. sed rident de iuratore. Et isti possunt cātare decimū psalmum. Sepe expugnauerunt me a iuuetute mea rē. Undecimo charitas congauget veritati. Quidam etiam mentiunt q̄ etiam quādo dicunt veritatem non credif eis. tales nō habent charitatem. qz charitas congauget veritati. Iō psone charitatiue z bone vite citius ponerent sterus in ore suo q̄ mendaciū dicerent. nec pro excusatōne aliozū nec sua q̄tumcūq̄ impugnetur. Et qlibet talis potest cantare psalmum vndecimū. De profundis rē. Duodecimo charitas omnia suffert. Ecce patientia in aduersis. scz in infirmitatibus. paup̄tatibus. dolorib⁹ rē. Quia sicut frus humiliter portat onus tale. et hoc p̄pter salarium z lucrum. fictales humilif portant onus aduersitatis. Et quilibet talis potest cantare duodecimū psalmum. Domine non est exaltatum cor meum rē. Tredecimo caritas omnia credit. Nota omnia. s. determinate p̄ ecclesiam. p̄ xp̄um z p̄ apostolos predicata credit. Sed aliqui volunt disputare z examinare dicēdo. Videamus quomō est iesus xp̄s in hostia. magna stulticia est. Nam iam fuit examinatus z purificatus. Ideo debemus z tenemur cum mansuetudine illa suscipere. z poterimus tūc cantare cum dauid tredecimū psalmum. Memerito domine dauid. z omnis mansuetudinis eius. Decimoquarto charitas omnia sperat. s. a deo p̄missa. z finaliter saluatōnez non solū suam sed omniū tam iustozū q̄ etiam iniustozū. quia de⁹ poterit eos p̄uertē. z tales pnt tunc cantare decimū quartum psalmū. Ecce q̄ bonū z q̄ iocundum rē. Decimoquinto charitas omnia sustinet. Ecce sufferentia. Nam multi sunt qui sustinent verba iniuriosa. sed nō sustinent infirmitates. Alij sustinent infirmitates. sed nō paup̄tates vel malum tempus. sed charitas omnia sustinet. Nota similitudinem de illo qui tempe in indulgentiarum vadit romam. qui quādo est iux̄ portam non intrat romam. sed redit. talis nō lucratur indulgentias. Idem si aliquis fuit deo sed anteq̄ venit ad portā mortis si redit de bona vita ad peccata damnatus est. Ideo dic̄. caritas omnia sustinet. Et quando talis intrat paradisum angeli incipiunt cātare. Ecce nunc benedicite dominū. omnes fui domini. Ideo nō debemus respicere retro. sed ascendamus quotidie pseuerando. Si nō sit aliquis vestrum qui non sit in scala bone vite intret modo. quia nūc incipit tempus. s. quadragesime. Ecce nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies salutis rē.